A ἢ οὐ τῷ πικρὸν εἶναι οὐδὲν ῥύπτει, ἀλλ' ἡ γλισχρότης ῥυπτικόν; διὸ καὶ τὰ ἀκροκώλια καὶ ὅσα μυξώδη, τοιαῦτα. ὥστε καὶ τῶν πικρῶν, ὅσα τούτου μετέχει. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ συμβέβηκε τοῦτο· ὥστε τῆς νιτρώδους δυνάμεως, τὸ μὲν πικρὸν, ἐκκεκαῦσθαι, ἐμμένειν δὲ τὸ λιπαρὸν καὶ γλίσχρον. τούτῳ μὲν οὖν ῥύπτει, πλύνει δὲ τῷ ποτίμῳ αὐτῆς.

B μα Διὰ τί τὸ γαληνίζον τῆς θαλάττης, λευκὸν φαίνεται· τὸ δὲ κατάρροον, μέλαν; ἢ ὅτι τὸ ἧττον ὁρώμενον, μελάντερον μᾶλλον φαίνεται; ἧττον δὲ φαίνεται τὸ κινούμενον τοῦ ἠρεμοῦντος. ἢ διότι τὸ μὲν διαφαινόμενον, λευκόν· τὸ δὲ μὴ διαφαινόμενον μέλαν; ἧττον δὲ διαφαίνεται τὸ κινούμενον.

Ὅσα περὶ τὰ θερμὰ ὕδατα. κδ.

C Διὰ τί τὸ θερμὸν ὕδωρ, ἐὰν ἐπικεχρισμένοι ὦσιν ἐλαίῳ, ἧττον θερμόν ἐστι καταχεόμενον, τοῦ ἐλαίου θερμοῦ ὄντος; ἢ διὰ τὸ λεαίνειν, ὀλισθαίνει, καὶ ἧττον ἐνδύει;

β Διὰ τί τὰ ὕδατα ἐν τοῖς φρέασι μετὰ μεσημβρίαν γίνεται τοῦ θέρους θερμά; ἢ διότι τηνικαῦτα ἤδη κεκράτηκε τὸ θερμὸν τὸν ἀέρα; πρὸ μεσημβρίας δὲ τὸ θερμὸν λύει τε ψυχρὸν καὶ παύει· οὐχ ἅμα δὲ πέπαυται D καὶ κρατεῖ, ἀλλ' ὅταν ἐπιχρονίσῃ. γ Διὰ τί τὸ ὕδωρ θερμότερον ἐνίοτε τῆς φλογὸς γινόμενον, οὐ κατακάει [μᾶλλον] τὰ ξύλα, ἡ δὲ φλὸξ κατακάει; ἢ ὅτι ἡ μὲν φλὸξ, λεπτομερὲς, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς πνεῦμα· τὸ δὲ ὕδωρ, μεγαλομερές· ὥστε οὐκ εἰσδύεται; ἡ δὲ φλὸξ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἀνθράκων, διὰ λεπτότητα εἰσιὸν διαλύει. δ Διὰ τί τὸ μὲν ὕδωρ, τὸ E ζέον οὐ τήκει, ἡ δὲ κοιλία τήκει; πότερον ὅτι τὸ μὲν θερμὸν τὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ εἰσέρχεται, διὰ λεπτότητα· τὸ δὲ ὕδωρ, οὐκ εἰσέρχεται διὰ παχύτητα; ἢ διότι καὶ τὰ ἄλλα κωλύει τήκεσθαι τὸ ὑγρόν; οὐθὲν γὰρ ἐν ὑγρῷ τήκεται· ἐν δὲ τῇ κοιλίᾳ τὸ ὑγρὸν εἰς τὴν κύστιν ὑπονοστοῦν οὕτω λύει. ε Διὰ τί τῶν ἀγγείων ὁ πυθμὴν οὐ κάει, ἐνόντος τοῦ ὕδα- F τος καὶ ζέοντος, ἀλλὰ καὶ φέρουσι, τοῦ πυθμένος ἐχόμενοι· ἐξαιρεθέντος δὲ, κάει; ἢ ὅτι σβέννυται τὸ ἐγγινόμενον θερμὸν ἐν τῷ πυθμένι ὑπὸ τοῦ ὕδατος; δι' ὃ καὶ οὐ τήκεται τὰ τηκτὰ, ἂν μὴ ψόφος ἐμπέσῃ. ς Διὰ τί οὐχ ὑπερζεῖ τοῦ χειμῶνος ὁμοίως καὶ τοῦ θέρους τὸ

quæ quidem haberi ſimul non poſſunt. An nullus humor veſtimenta ſuo amarore poſſit purgare, ſed lentore tantummodo: quam ob rem trunculi, & quęcunque mucoſa, vim abſterſoriam obtinent. Igitur & amara, quæ fermè lenteſcunt, purgare queunt, cętera nequeunt. In hoc autem lacu accidit, vt nitroſæ virtutis amarum totum deuſtum ſit, pingue, & lentum remaneat. Hoc igitur abſtergit, & purgat, lauat autem ſuo dulci humore. 41 Cur maris vndabundi, quod deſiſtit, albicat: quod prouoluitur, nigricat? An quia quod minus cernimus, nigrius id eſſe videtur: minùs autē cernimus, quod mouetur, quàm quod quieſcit. An quoniam candet, quod tranſpicitur: nigreſcit, quod aſpectu peruium non eſt: minùs autem id tranſpicitur, quod mouetur.

Eorum, quæ ad aquas calidas pertinent. Sectio viceſima quarta, cuius quæſtiones XIX.

CVr aqua perfuſi calida, minus calorem percipimus, cùm peruncti oleo ſumus? An propter corporis læuitatem facilè aqua dilabitur, minúſque immoratur, quàm vt calor ſubire valeat. 2 Cur puteorũ aquæ tepidæ à meridie æſtate redduntur? An quia tunc frigiditate aeris iam ſuperata calor plenè inualuerit: antè autem frigor calore ſoluitur, & ceſſat. Non enim ſimul alter ceſſat, alter inualeſcit, ſed ſpatio temporis. 3 Cur aqua interdũ facta calidior, quàm flamma, ligna deurere nequeat, flamma queat? An quia flamma prætenuis eſt, ſpiritúſque ex ea proficiſcens partibus tenuiſſimis conſtat: aqua profectò craſſiuſcula eſt, itaque ſubire nõ poteſt. At verò flamma, carbonúmque ignitamentum ſuam ob tenuitatem facilè ſubeunt atque reſoluunt.

4 Cur aqua feruens liquefacere nequeat, venter queat? Vtrum ventris calor ſua tenuitate ſubire poteſt, aqua craſſitudine nequit. An quòd cætera quoque liquefieri humor prohibet. Nulla enim res eſt, quæ inter humorem dilabi, & tabeſcere poſſit. At in ventre humore in veſicam ſecluſo, facultas reſoluendi acquiritur.

5 Cur fundus vaſorum non vrit, quæ aquam feruentiſſimam continent, ſed plerique fundo ſuſtinentes deportant, aqua verò ipſa exempta vrere poteſt? An eò quòd calor in fundum vaſis contractus, extingui ab aqua poteſt. Quo fit etiam, vt eliquari res nequeat, eliquabilis, ſi quid humoris admittatur. 6 Cur aqua non perinde hyberno tempore, vt æſtiuo, efferueat, non ſolùm pari concalfacta igni,